UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Dvx Spiritvalis

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.**

Aprovacion.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48784

Visual Library

## FACVLTAS R. P. PROVINcialis Prouinciæ Caſtellæ.

EGO Chriſtophorus de los Cobos, Societatis Ieſu Præpoſitus Prouincialis, ex commiſſione R. P. Claudij Aquauiuæ Præpoſiti Generalis, concedo, vt Dux ſpiritualis R. P. Lud. de Ponte Eiuſdem Societatis, qui fuerit à viris grauibus & doctis Societatis noſtræ examinatus, & probatus, excudatur. In cuius rei teſtimonium has ſignari, & ſigillo officij mei ordinarij muniri curaui. Vallis-Oleti 14. Septemb. Anno 1608.

CHRISTOPHORVS DE LOS COBOS.

## APROVACION.

*POR mandado de los Sennores del Conſeio he viſto y leydo todo eſte libro, que ſe intitula Guia eſpiritual, compueſto por el Padre Luys de la Puente de la Compania de Ieſus: y aunque con ſigo trae la cenſura en ſer deſta ſagrada religion, en particular el autor cumple con ſu titulo, pues en todo el diſcurſo del libro enciende tantas lues para guiar al hombre, y enſannarle oracion, meditacion, y las demas virtudes que nos traen a la perfecta vnion con Dios que por ninguna parte puedes errar el camino que aqui ſe le propone, por ſer doctrina Ca-*

*tholica, ſana y ſolida de los Sanctos, y muy cōforme ellos a Por don de iuzgo ſer digno de que todos le gozemos, y queſe de la licencia que pide Fecha en eſte Conuento de la S S. Trinidad de Madrid à 27. Nouiembr. Anno 1608.*

El Padre præſentado Fr. Iuan. Baptiſta.

## *R. P. PETRVS RIBADENEIra in Catalogo Scriptorum Societatis Ieſu.*

LVDOVICVS Pontanus, natione Hiſpanus, patriâ Pincianus, ab ipſis incunabulis factus, atque educatus videtur ad pietatem. Societatem noſtram expetiuit annum agens XX atque admiſſus eſt anno ſalutis M.D. LXXV. cùm iam & philoſophicis diſciplinis eſſet inſtructus, & duos annos in ſacra Theologia vtiliter poſuiſſet. Deinde proſecutus eſt ſtudia literarum, in quibus longo poſt ſe interuallo condiſcipulos omnes reliquit, propter ardorem animi, ingenium, atq; acre iudicium: Itaque Ariſtotelis curſum (vt vocant) docendo confecit, & ſacram etiam Theologiam profeſſus eſt acutè, grauiter, eruditè. Sed cùm non minùs vitæ integritate, ac religione quàm ingenio, atque doctrina excellat, Magiſtri Nouitiorum, atque Rectoris partes Ludouico ſæpè mandatæ ſunt, eaſque peregregiè obiuit. ſed tenui, vel potiùs nulla valetudine, qua ſem-

per

per conflictabatur, coactus eſt interrumpere & gubernandi, & docendi curſum, & animum ad ea ſcribenda transferre, quæ longo vſu, aſsidua meditatione, perpetua ſui mortificatione didicit, & non tam ex aliorum libris hauſit, quàm in ſe ipſe expertus eſt. Scripſit materna lingua pias, doctas, perutiles *Myſteriorum fidei Meditationes*, quas duobus Tomis complexus eſt.

Scripſit præterea inſigne volumen, cui titilus eſt Hiſpanicè *Guia eſpiritual*, latinè DVX SPIRITVALIS;

Quos ex Hibericis Latinos fecit R.P. Melchior Treuinnius, Societatis noſtræ.

Tres item tomos de perfectione ſpiritali Hiſpanicè, qui Deo fauente latinè propediem ſequentur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN